



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor felicissimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO XX.

AMOR DEI,

*Amor felicissimus.*

SEcunda conditio amantis est, *infelitem putari*  
*qui non est cum amato.* Quia non estimat  
 felicitatem, quam esse & agere cum amato. Unus  
 felicem reputat eum, qui degit procul ab illo. Inter  
 terrores Amorem, quisnam sit felix dicendus, non  
 debet liberè; Qui vivit in DEO. Et quis infelix  
 extra DEUM est.

O cœlestis doctrina, imprimenda cordibus nostris.  
 Poteris ex ea agnoscere, quando sis felix, quando  
 infelix. Felix, in præsentia DEI, infelix in ab-  
 sentia DEI: Felix agendo cum DEO in oratione  
 infelix, sine cogitatione DEI, vagando per seculum  
 mundi: Felix in sancto & puro amore DEI, infelix  
 amore mundi: felix in Cruce, & patiendo pro DEO,  
 infelix in hominis oblectationibus sensuum: & utitur  
 uno verbo dicantur, felix eris, si in omnibus, quæ  
 facies, DEUM habebis pro fine; infelix, si aliam  
 habebis, mundum, sensum, terram.

O miseri mundani, putatis vos esse felices!  
 quàm nimium infelices! Quæ vos dementia!  
 Quis dedit vobis Esse? quis creavit animas vestras  
 vestra caro, sensus vester? mundus, diabolus? Mundus  
 Deus creavit, & DEUS solus. Solus ergo Deus  
 qui dedit Esse, potest dare bene Esse, potest facere  
 felices, facere beatos. Facessat ergo vanitas, regnet  
 veritas.

Vera felicitas tantum est in æternitate, quæ  
 gaudet, & gaudebunt amici  
 DEI.